



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Prima Regvla.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

eadem stirpe ortæ sunt, sanguinis & naturæ soci-
tate propius iunctæ sunt. Discernuntur autem
generis & gradibus.

Linea triplex est: { Ascendentium,
Descendentium,
Collateralium.

Gradus est intervallum, quo cognoscitur, quæ
persona stirpi propior sit. Aliter autem vetera
iura civilia numerabant gradus quam nunc nu-
merat ius Canonicum. Primum recitabimus
hoc tempore usitatum supputationem, inchoanda
est autem series ab vno stirpitem, ut Abraham.
Supra ponantur maiores eius, infra ponantur li-
beri & nepotes.

	Thare	
Haran	Abraham	Nachor
Loth filius	Isaac	Bathuel
Haran	Iacob	Rebecca
	Ioseph	

Addantur in lateribus fratres & sorores.
Traduntur autem regulæ tres ad gradus consti-
tuendos.

PRIMA REGULA.

Prima est de recta linea, videlicet ascendens
et descendens. Quot sunt personæ, tot sunt gradus, una
deinceps, videlicet, deinceps stirpitem, à quo inchoanda
est sup-

Q 4 est sup-

est supputatio. Vt, Ioseph distat tertio gradu ab Abraham, Iacob secundo, Isaac primo gradu. Ita q̄ filius primum gradum constituit, nepos secundum, pronepos tertium, abnepos quartum. De re Et a linea traditur sententia: Nullos ascendentes & descendentes inter se posse connubium contrahere. Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere uxorem.

SECUNDA REGULA.

De Collateralibus in linea
æquali.

Quoto gradu distat alter à communi stirpe, toto gradu inter se distant: Ergo duo fratres, seu frater & soror, vnum gradum tantum constitunt, videlicet primum. Quare Iacob primo gradu iunctus est Esau.

Æacus

Peleus

Telamon

Achilles

Ajax

Pyrrhus

Iam si vis scire, quoto gradu inter se iuncti sunt Achilles, & Ajax vide alterutram seriem, et obserua quoto gradu distet Achilles à stirpe, distat autem secundo gradu, quare & inter se distat Ajax & Achilles, secundo gradu. Ad hunc modum facilis est sequentium personarum supputatio.

Nunc inter Collaterales prohibita sunt connubia